



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Terræ boni laudatores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Psal. 112. 3.

II.

2. Reg. 2. 8.

Psal. 49. 12.

Psal. 113. 15.

Eccl. 5. 1.

Eccl. 5. 8.

Psal. 8. 2.

Psal. 47. 5.

Psal. 56. 6.

Psal. 65. 1.

Prou. 3. 19.

Isa. 49. 13.

Dan. 3. 74.

Apud Athen.

lib. 4. Dipno-

soph. Victor.

5. Var. c. 20.

III.

longēque maius excitat sapientissima DEI bonitas; vnde plurimum est a solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini.

Agmen ducat Anna cantatrix, quæ terram, cum fundamentis suis, & à Domino, & Domini esse, præclara illa Oda prædicauit: *Domini sunt cardines terre, & posuit super eos orbem.* Et quamquam hoc præclarum opus artificis est, tamen id quodammodo cum homine diuisit. Nam idem, qui dicit, *meus est orbis terra, & quæ fecit calum & terram,* etsi vbique est, neque vllò excludi loco potest, tamen terram videtur potius fecisse in hominum habitationem. Quocirca mox subiungitur: *Calum cali Domino; terram autem dedit filijs hominum.* Illis enim necessaria est, illis data est ad vtilitatem; illis ad amœnitatem. Inde, ex humili statione, in alto venerari debent diuinam maiestatem. Qua de caussa Ecclesiastes ait: *Deus in calo, & tu super terram: idcirco sint pauci sermō tui.* Quæ enim in alto habitat, videt omnia, quæ infra se fiunt; & que ita è calo exsplendescit, vt ostendat, se neque terris deesse. Quamobrem idem Ecclesiastes ait: *Vniuersa terra rex imperat seruienti.* Hinc illæ à rege laudes: *Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Laus tua in fines terra. Et in omni terra gloria tua. Iubilate Deo omnis terra.* Ita ad citharam parens. Filij eius autem vox est: *Dominus sapientia fundauit terram.* Et Isaias: *Laudate cali, & exulta terra, jubilate montes laudem.* Et tres pueri: *Benedicat terra Dominum: laudet, & superexaltet eum in secula. Benedicite montes & colles Domino: laudate & superexaltate eum in secula.* Atque, vt sexcenta talia prætermittam, quanti terram facit Menander, in Nauclero, in hunc modum loquens?

*O charissima terra mater, quàm mortalibus
Mente non captis admodum veneranda es possessio?
Itaq, fundum a patre relictum si quis adeptus
Abliquiſt, eum par est ad extremum vsq, vitæ nauigare,
Ac terra nunquam insistere, vt sentiat,
Cui bono à maioribus accepto non pepercerit.*

Sed facis fuit hætenus progredi. Vtteriùs progressi ceciderunt, in terram colliſi. Stetissent, si terram coluissent, more colonorum hæ, inquam, stiuâ eam, non arâ coluissent. Nam tanti, apud eos, Tellus fuit, vt, siderum & cælestis patriæ obliti, eam adorarent.

Ter. 109